

fürten. Der Boden ist sehr uneben, theilweise mit Wasser bedeckt, das auf einer Seite eine breite, offene Fläche bildet und von Quellen herzurühren scheint. Die Steine auf dem Boden sind mit Moos bewachsen, und auf jenen in den Wänden an einigen Punkten das Zeichen der Erlösung eingegraben. Die Höhle wird viel von Fremden besucht. Nachdem wir sie verlassen, ergötzten wir uns noch einmal an den herrlichen Blumenbeeten und spazierten zum Eingange zurück. Der Pfortner war ganz glücklich; der gute Franziskanerpater hatte ihm in unserem Namen eine schöne Münze in die Hand gedrückt. Leider erfuhren wir zum Schlusse von unserem Anführer, dass mit dem schönen Garten eine recht garstige Geschichte verknüpft sei, wenigstens garstig nach unserer christlichen Weltanschauung. Sie berichtet nämlich, dass der jetzige Besitzer, ein reicher Grieche, unter dessen Leitung die weitläufigen Anlagen erst ins Leben gerufen wurden, den grossen Grundbesitz von einem übermüthigen Pascha gegen seine schöne Gemahlin eingetauscht habe. Was doch nicht alles in der Welt vorkommt! Die lichten Anlagen erschienen mir jetzt wie in ein unheilvolles Dunkel gehüllt. Ganz in der Nähe des Gartenthores nahmen wir eine kleine Erfrischung zu uns und fuhren zurück in die Stadt nach Santa Caterina. Den folgenden Morgen besorgte ich meine Nummer für den Dampfer zwischen Alexandrien und Jaffa, und gegen Mittag war ich reisefertig.

(Fortsetzung folgt im nächsten Jahrgang.)

## Zur Wahl Caspar Hofmann's zum Abte von Melk (1587).

(Genaue Darstellung des Wahlaectes aus einem Manuscripte vom  
Jahre 1608—10.)

Von P. Robert Breitschopf, O. S. B., Capitular von Altenburg.

Unter den Manuscripten, die sich in der Bibliothek des Stiftes Altenburg befinden, besitzen wir auch eines, das von Fr. Jonas Anser<sup>1)</sup> aus den Jahren 1604—10 herrührt. Es ist ein stattlicher Quartband, welcher verschiedene Materien enthält: „Geometria et Astronomia; Theses in universam Aristotelis Logicam; Tractatus in Theologiam practicam; Tractatus similes casuistici et controversistici ex Bellarmino compendiose excerpti a Fr. Jona, C. M.;

1) Jonas Anser, zu Fürstenwalde im Markgrafenthume Meissen als der Sohn eines Tuchmachers geboren und im Protestantismus erzogen, hiess eigentlich »Gannss« und verwandelte später seinen Namen in den lateinischen »Anser.« Als Jüngling zum Katholicismus zurückgekehrt, trat er in das Stift Melk ein, wo er 1604 seine Profess ablegte. Im J. 1618 wurde er zum Abte von Altenburg postuliert und starb 1621 oder 1622.

Catechisticae et theologicae quaestiunculae ex variis orthodoxorum patrum lucubrationibus collectae; Variarum introductiones et exordia pro concionibus apta“; verschiedene Formularien (Rotulae, invitatio ad s. Primitias, supplicatio pro susceptione in Novitiatum, etc.); zum Schlusse endlich:

„Processus electionis novi Abbatis Monasterii Melicensis, Archiducatus Austriae, Patavien: Dioezeseos exempti.“

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis Patris et Filii, et Spiritus sancti Amen. Cum Monasterium Melicense, Archiducatus Austriae, Patavien: Dioezes: per obitum Rev. Domini Urbani, qui mense Februario proxime praeterito viam universae carnis ingressus est, ultimi ejusdem Monasterii Abbatis pastoris solatio esset destitutum, et honeste ac debite ejus corpus Ecclesiasticae sepulturae (peractis, ut catholica et orthodoxa religio postulat, exequiis) mandatum fuisset, cumque praelati et Conventus dicti Monasterii de futuro pastore ac Abbate eligendo omni cunctatione (quae semper in hujusmodi vacationibus periculosa est) semota, summa diligentia et submissione apud Sac:am Caes:am Majestatem: tanquam Patronum et fundatorem dicti Monasterii, ut observatis de jure, regula, et ordine observandis obtinuissent quod ad liberam et canonicam electionem procedere potuerint, Hinc Anno Domini 1587 Indictione decima quinta, feria 4<sup>ta</sup> post Dominicam Jubilate, quae fuit vigesima secunda Mensis Aprilis dies ad electionem alias legitime cum debita imitatione<sup>1)</sup> constituta et praefixa „Pontificatus vero in Domino patris ac Domini D. Sixti divina providentia papae quinti, Anno secundo „Regnante et imperante sacra<sup>mo</sup> ac invictissimo principe ac Domino Domini Rudolpho ejus nominis secundo Romanorum imperatore electo, semper Augusto, Ungariae, Bohemiae Rege; Archiduce Austriae, Duce Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et Comite Tyroliae: Domino nostro clementissimo, Imperii Majestatis suae Romani Anno undecimo.“ — Omnes Domini praelati, et fratres Conventuales dicti Monasterii, qui ad intimationem factam comparuerant matutino tempore praemisso solemnem campanarum pulsu in Ecclesia, ea cum honestate qua decet Religiosos convenerunt, ibidemque Fr. Joannes Myrwaldt<sup>2)</sup> pro tempore Prior officium Missae de Spiritu sancto in altari summo decantavit, Dominosque praelatos et fratres conventuales dicti Monasterii, qui eo die Divina non peregerant, sacratissima synaxi, diligenti conscientiae examine et confessione sacramentali ab unoquoque prius praemissa,

<sup>1)</sup> Soll heißen »intimatione«.

<sup>2)</sup> Johannes Myrwaldt oder Mirbaldt, gebürtig zu Landshut in Baiern, legte am 13. September 1582 zu Melk seine Ordensgelübde ab, bekleidete 1585—1587 das Amt eines Priors und wurde im letzten Jahre als Abt nach Maria-Zell postuliert, wo er am 1. December 1591 aus diesem Leben schied.

refecit. Deinde in Sacrario Reverendum Patrem D. Casparum<sup>1)</sup> Abbatem Altenburgensem professum et filium ejusdem Conventus, tum propter personae suae dignitatem, tum eloquentiam et in ejusmodi rebus experientiam ac scientiam, in praesidentem futuri actus deputarunt. Et subsequenter dictus Rev. Dominus Altenburgensis: et Reverendi Patres Michael<sup>2)</sup> Abbas Monasterii Gottwicensis, et Laurentius<sup>3)</sup> Abbas Mariae Cellis ejusdem Archiducatus, et jam ante dicti Monasterii Conventuales filii et professi egressi ex sacrario rogarunt nomine totius Conventus Admodum Reverendos D. Melchiorum Kleselium praedictae sacae caesae Majestatis Consiliarium, et officialem patavien: infra Onasum et Dominum Johannem Ruoff<sup>4)</sup> Abbatem S. Crucis ordinis S. Bernhardi et D. Melchiorum Schat praepositum apud S. Hypolitum ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, omnes praelati dicti Archiducatus Austriae, qui sacrificio Missae interfuerunt, ut huic electionis actui tanquam testes interesse et omnium vota per me infra scriptum Notarium diligenter et fideliter annotari procurare ne gravarentur, ut ita dolo, fraude et quavis sinistra suspitione semotis, haec electio canonice procedi posset. Quo facto omnes Patres et Fratres electores Capitulum una cum jam dictae Sacae Caesae Majestatis Ecclesiasticis Consiliariis Rev. Nobilibus et clarissimis J. U. Doctoribus, Domino Jacobo Schwentner, Canonico Viennensi: et Domino Ulrico Khren a Khrenberg et praedictis Dominis testibus ingressi sunt, statimque ad genua procumbentes Hymnum: Veni sancte Spiritus: additis Versiculo et collecta de sancto spiritu, humiliter et devote submissioni voce decantaverunt, iis finitis, praemissis nonnullis protestationibus admoniti prius fuerint germanice a praedictis Sacae Caesae Majestatis Consiliariis de eligendo bono praelato; qua admonitione facta

<sup>1)</sup> Caspar Hofmann, aus adeligem Geschlechte zu Ochsenfurt in Franken geboren, seit 1571 Profess von Melk, wurde 1578 Abt von Maria-Zell. Durch Postulation kam er 1583 zur Abtenwürde im Stifte Altenburg, bis er, wie unser »Processus electionis« berichtet, fast einstimmig zum Abte von Melk gewählt wurde. Er war ein ausgezeichnete Prälät, der dem Staate wie der Kirche grosse Dienste leistete. Er starb im Alter von 72 Jahren am 2. März 1623.

<sup>2)</sup> Michael Herrlich, Abt von Göttweih, war Profess von Melk. Er wurde am 28. Juni 1564 zum Abte von Göttweih postuliert und starb als Jubilar-Profess im Stifte Melk 23. März 1609.

<sup>3)</sup> Laurenz Reiss, geboren zu Patschkau in Preussisch-Schlesien, legte im Jahre 1578 zu Melk die feierlichen Ordensgelübde ab, wurde im J. 1584 zum Präläten von Maria-Zell gewählt, als welcher er sich so hervorthat, dass er durch die Huld Kaiser Rudolphs II. 1587 die Prälatur von Lilienfeld empfing. Er starb am 24. November 1601.

<sup>4)</sup> Johannes Ruoff, geboren zu Tübingen, machte am 1. Mai 1572 zu Melk Profess. Er war ein inniger Freund Melchior Khlesl's, durch dessen Empfehlung wurde er Abt von Zwettl (15. August 1580) und später (1585) Prälät zu Heiligenkreuz. Auf einer Reise starb er im Prämonstratenser-Stifte Bruck bei Znaim am 28. März 1599.

Dominus praesidens admonuit omnes et singulos suos confratres, forsán suspensos, excommunicatos, aut aliis ecclesiasticis censuris subjectos, vel nondum professos, ut ab hoc actu discederent, ac tandem praedictos suos confratres similiter subsequenti fere verborum forma allocutus est: „Vos: Venerabiles Confratres, quandoquidem iam imminet hora, in qua Ecclesiae huic orbatae Abbate et pastore, alium subrogari necesse sit. Cum jam et de jure canonico, regulae consuetudine, ac etiam clementia Sac.<sup>ae</sup> Caes.<sup>ae</sup> Majestatis voluntate vobis libera electio concessa sit, omnes et singulos vos in Domino amicitiae ergo hortor diligenter et rogo, ut prae oculis Deum solum et Monasterii utilitatem habentes, postpositis omnibus humanis affectibus, amore, odio, favore, vel metu, talem eligatis, qui viduato Monasterio, aere alieno, et variis calamitatibus ac periculis exposito opem ferat necessariam, eidemque digne tam in spiritualibus quam in temporalibus praeesse possit. Id Deo omnipotenti gratissimum, vocationi et ordini consentaneum, majoribus vero nostris auditu jucundissimum erit: praeterea, cum ut heri intellexistis, secundum sacros Canones triplicem eligendi formam esse, per viam scrutinii, compromissi et inspirationis. Nonne adhuc, ut heri, placet vobis per viam scrutinii procedere et (in hesterná die deliberatione et consilio maturo) electos Dominos Scrutatores, nimirum confratres nostros Reverendum Dominum Michaëlem Abbatem Gottwicensem et fratrem Johannem Myrwalt, Priorem, ac me adhuc consentire ac iis dare coram dictis D. D. testibus et Notario facultatem liberam, vota omnium et singulorum secreto et sigillatim exquirere ac infra scripta redacta in communi publicare? Reservando tamen numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum collationem, ac praedictae Sac.<sup>ae</sup> Caes.<sup>ae</sup> Majestatis Patroni et fundatoris desuper clementissimam resolutionem?“ Ad quae singuli responderunt, sibi placere. — Tandem Dominus Praesidens monuit omnes Electores, ut juramentum in forma infra scripta, super eo, quod non alium praelatum ulla ratione eligere debeant, nisi eum, quem conscientia dictante sacris Canonibus et statutis suadentibus, juxta clementissimam et paternam Sac.<sup>ae</sup> Caes.<sup>ae</sup> Majestatis resolutionem, Ecclesiae et Monasterio tam in spiritualibus quam temporalibus utiliozem judicaverint: Eamque admonitionem omnes acceptantes, quilibet electorum, secundum ordinem et dignitatem in manibus Domini presidentis, reverenter flexis genibus, factis sacris ad sancta Dei Evangelia juravit, ut sequitur: „Ego Fr. N. Juro et promitto omnipotenti Deo ac Beatissimae semper Virgini Mariae ac S. S. Apostolis Petro et Paulo, in quorum honore et patrocinio nostra Ecclesia Melicensis fundata est, quod in Praelatum et Abbatem eligam talem ex medio nostro, quem credo Monasterio nostro in spiritualibus et temporalibus profuturum, nec cuiquam propter

favorem, odium, vel munera, aut offensionem, neque illi, qui hoc a me petierit, votum meum dabo, quovis colore id etiam praetendi possit. Ita me Deus adjuvet et sancta Dei Evangelia.<sup>4</sup> Deinde Domini scrutatores similiter stipulata manu fratribus electoribus promiserunt, quod fraude et dolo cessantibus, singulorum Vota fideliter per Notarium mandare conscribi, et postea in communi publicare vellent. — Quibus his omnibus peractis Domini Fratres Conventuales secesserunt, relictis in Capitulo Sac.<sup>ae</sup> Caes.<sup>ae</sup> Majestatis consiliariis, cum eorum Secretario, Dominis testibus, scrutatoribus, et duobus infra scriptis Notariis, et ibidem primo Domini Scrutatores vigore juramenti praestiti sua Vota dederunt, postea singulis revocatis secundum cuiusque dignitatem et ordinem singulorum singula vota diligenter scrutati sunt, quae etiam, prout sequitur, fideliter et diligenter per infra scriptos Notarios in praesentia dictorum testium connotata fuerunt. —

Scrutinio absoluto et revocatis omnibus et singulis conventualibus electoribus ad capitulum Dominus praesidens suo et collegarum nomine quaesivit; posteaquam iam singulorum vota examinata, et fideliter in scriptis redacta essent, num placeret vota et nomina singulorum, tam electorum quam eligentium publicari, Responderunt: Sic.

#### Publicatio Votorum et electorum:

1. Reverendus P. Michaël Abbas Monasterii Gottwicensis, ex potestate et voto sibi regulariter concessa, elegit in Abbatem Melicensem Reverendum Patrem Casparum Altenburgensem.
2. Rev. P. Casparus Abbas Monasterii Altenbg. elegit Abbatem s. Mariae Cellis.
3. Fr. Joannes Myrwaldt Prior elegit Dominum Casparum Altenbg.
4. Rev. P. Laurentius Abbas Mariae Cellis elegit Abbatem Altenburgensem.
5. Fr. Georgius Pusch <sup>1)</sup> pastor in Weigendorf elegit in Abbatem D. Casparum Altenbg.
6. Fr. Wolfgangus Eger pastor in Leuberstorf, elegit D. Casparum Altenbg.
7. Fr. Petrus Sutor elegit D. Casparum Altenbg.
8. Fr. Christophorus Sirtel <sup>2)</sup> elegit D. Casparum Altb.

<sup>1)</sup> Georg Pusch aus Zobten im schlesischen Fürstenthume Schweidnitz. 1575 Profess zu Melk, 1582 Prior, 1591—1592 Administrator zu Pulgarn, wo er im letzteren Jahre gestorben zu sein scheint.

<sup>2)</sup> Christoph Hirtl (nicht »Sirtl«, wie im Manuscripte geschrieben ist) zu Geisenhausen in Baiern geboren, legte 1582 zu Melk Profess ab und wurde 1591 zum Administrator von Klein-Maria-Zell bestellt; im folgenden Jahre (1592) sehen wir ihn als Administrator von Pulgarn. (Stülz in seiner »Geschichte des Klosters Pulgarn« nennt ihn »Chr. Seidl«, ein gleichzeitiges Melker Necrologium »Sirtel«.)

9. Fr. Thomas Maër elegit Abbatem D. Casparum Altenbg.
10. Fr. Georgius Schott elegit Dom. Casp. Altenbg.
11. Fr. Samuëll Schriner elegit Praelatum D. Casparum Altenbg.
12. Fr. Joannes Resch elegit D. Casparum Altenbg.
13. Fr. Joachimus Halbher elegit praelatum D. Altenbg.
14. Fr. Fridericus Vendius elegit D. Casp. Altenbg.
15. Fr. Otto Eisenperner elegit D. Casp. Altenbg.
16. Fr. Georgius Reisner elegit D. Casp. Altenbg.
17. Fr. Joannes Tanpech(?) elegit D. priorem Melicensem.
18. Fr. Benedictus Tippeter elegit D. Casp. Altenbg.
19. Fr. Wolfgangus Mesing elegit Praelatum D. Priorem Melicensem.

Publicatione votorum et electorum in Capitulo facta, fuit Te Deum Laud. dictum, et per Rev. D. praesidentem Conventualibus sub poena excommunicationis iniunctum, ne electum extra Capitulum publicarent, ante expressam sac. ae Caes. ae Majestatis resolutionem. Acta in Monasterio Melicensi, sub Anno Domini, die, mense, Pontificatus et Imperio, quibus supra.

Die Unterschriften der beiden Notare fehlen.

### Zwei Gedichte des Fr. Jonas Anser.

(Aus demselben Manuscripte.)

#### 1.

Pro festo S.S. Trium Regum, in carmine Natalitio Reverendissimi Abbatis nostri Casparis.

„Thuris odorati lachrymas, auriq̄ue talenta“

„Cum myrrha tulerant tres tibi, Christe, Magi“

„Sic tua praecipiti feror ad praesepia cursu,“

Ut faciam donis sacra, litemque tribus:

„Medlica, myrrha, domus; praesulque est optimum aurum“;

„Estque sacrata Deo, thurea grana, cohors!“

#### 2.

Epigramma heroicum in diem natalitium nobilis clarissimi, prudentia, nec non rerum usu atque experientia praestantissimi Viri Domini Gotthardi

Köllneri:

**G**audet ista dies, spargant praeconia laudes,

**O**rgana nunc resonent, psalmis permixta canoris,

**T**am gratam rediisse diem nunc rite Gotardo.

**A**ustria quem genuit, nunc ornat Mellica tellus;

**R**omanam sequitur constanter religionem

**D**epulsis tenebris, Kölner, quem Musa decorat,

**V**irtutes ornant, et Crüsi magna supellex:

**S**is salvus, felix, fratris memor esto, valetō!

*Fr. Jonas A. Conv: Mellicensis. A. 1609.*